

ostendere, aut inermis furorem in republi-  
ca concitati populi subire? Quicquid acci-  
derit aduersis (licet optimas rationes consilio-  
rum explices) intemeritatē tuam & impru-  
dentiam torquebitur: Nam fere vnu venit  
ut consilia euentis ponderentur, & cui res  
aduersę præter spem contigerunt, ille nihil  
omnino prospexitse dicatur. Interdum etiam  
corruptus hostium auro proditionis insi-  
mulabere. Quapropter accepta ignominia  
nisi ciuium crudelitatem experiri malis, Al-  
eibiadis Cononis Thucididis Annibalis ex-  
emplo solum exili gratia vertendū est. Syl.  
Quid si redeas victor omnium opinioꝝ iu-  
perata? CÆS. Num ideo conquiescent odia  
malorum, aut inuidia felicium rerum alum-  
na conticesceris? Utinam non irritarentur in-  
uidorum animi aliena gloria, & in virtute  
pestiferos gladios non acuererent; siquidem  
imprimis honestum arbitrantur magnitu-  
dinem beneficiorum maxima ingratitudi-  
ne compensare. Non venit in mentem Mil-  
tiadis atque Themistoclis libertatis grę-  
ciæ propugnatorum, ut hic ob liberatam  
patriam in exilio ille vero in vinculis mori-  
eoactus sit? Quid præterea virtute Coriola-  
ni, quid Camilli, quid Aphricani, quid Afisa?